



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

Liber III. De manifestatione Christi ab anno ætatis 30. ad suam
sanctissimam passionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



LIBER QVARTVS.
DE
MANIFESTA
TIONE CHRISTI AB
ANNO AETATIS XXX,
AD SVAM SANCTISSI
MAM PASSIONEM.

CAPVT PRIMVM.

DE S. IOHANNE BAPTISTA PRÆ
cursore Christi, & eius prædicatione.

FIGVRA. Ante currum Iosephi mandato
Pharaonis prece clamare iubetur, vt omnes
flectant ante Iosephum genua & sciant eum esse
præpositum & saluatorem mundi. Genes. 41.
40. 41. 42. 43. 44. 45.

PROPHETIAE. Psalm. 28. 3. 4. 5. 6. 7.
8. 9. *Vox Domini super aquas, Deus maiestatis
tonuit: Dominus super aquas multas. Vox Domini
in virtute: Vox Domini in magnificentia. Vox
Domini confringentis cedros: & confringet Domini
cedros.*

cedros Libani : & comminuet eas tanquam vitulum Libani : & dilectus quemadmodum filius unicornum. Vox Domini intercidentis flammam ignis : vox Domini concutientis desertum : & commouebit Dominus desertum Cades. Vox Domini preparantis ceruos : & reuelabit condensa : & in templo eius omnes dicent gloriam. *Isai. 35. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* Latabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit letabunda & laudans : gloria Libani data est ei : decor Carmeli & Saron ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis ; confortamini, & nolite timere : ecce Deus vester ultionē adducet retributionis, Deus ipse veniet & saluabit vos, tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet ficus ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum : quia scissa sunt in deserto aqua, & torrentes in solitudine. *Ibid. cap. 40. 3. 4. 5.* Vox clamantis in deserto : parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas : & reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutus est. *Cap. 41. 18. 19. 20.* Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes : ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliua : ponam in deserto abie-

rem, ulmum, & buxum simul: ut videant, & sciant,
 & recogitent, & intelligant pariter quia manus Do-
 mini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud. Capit.
 49. 1. 2. Audite insule, & attendite populi de longe:
 Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris
 meae recordatus est nominis mei. Et posuit os meum
 quasi gladium acutum: in umbra manus suae protexit
 me, & posuit me sicut sagittam electam in pharetra
 sua abscondit me. Malach. 3. 1. Ecce ego mitto an-
 gelum meum, & preparabit viam ante faciem
 meam: & statim veniet ad templum suum domina-
 tor, quem vos queritis, & angelus testamenti quem
 vos vultis. Ibidem capit. 4. 5. 6. Ecce ego mi-
 tam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies
 Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor pa-
 trum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum; ne
 forte veniam, & percutiam terram anathemate.

VERITAS. Matth. 3. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
 8. 9. 10. 11. 12. In diebus autem illis venit Io-
 hannes Baptista predicans in deserto Iudaeae, & di-
 cens; poenitentiam agite: appropinquauit enim re-
 gnum caelorum. Hic est enim qui dictus est per Iesum
 prophetam, dicentem: vox clamantis in deserto, praeparate
 viam Domini, rectas facite semitas eius. Ipse
 autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camel-
 lorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca-
 mae autem eius erat locusta, & mel siluestre. Tunc exiit
 ad eum Ierosolyma, & omnis Iudaea, & omnis regio
 circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane
 confitentes peccata sua. Videns autem multos phari-
 saeorum

rifaorum & Saducaorum venientes ad baptismum
 suum, dixit eis: progenies viperarum, quis demon-
 stravit vobis fugere a ventura ira? facite ergo fru-
 ctum dignum pœnitentia. Et ne velitis dicere inira
 vos, patrem habemus Abraham: dico enim vobis,
 quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare
 filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arbor-
 ris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fru-
 ctum bonum, excidetur & ignem mittetur. Ego
 quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: quæ
 autem post me venturus est, fortior me est, cuius non
 sum dignus calceamenta portare; ipse vos baptizabo
 in Spiritu sancto, & igni. Cuius ventilabrum
 in manu sua, & permundabit aream suam: & con-
 gregabit triticum suum in horreum, paleas autem
 comburet igni inextinguibili. Ibidem capit. 11. 2.
 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
 19. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera
 Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: tu es
 qui venturus es, an alium expectamus? & respon-
 dens Iesus, ait illis. Euntes, renunciate Ioanni quæ
 audistis, & vidistis: cæci vident, claudi ambulant,
 leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt,
 pauperes euangelizantur, & beatus est qui non fue-
 rit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cœ-
 pit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: quid existis in
 desertum videre? arundinem vento agitatam? sed
 quid existis videre? hominem mollibus vestitum? ec-
 ce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.
 Sed quid existis videre? prophetam? etiam dico vo-
 bis, &

o

bis, &

bis, & plus quam Prophetam. Hic est enim de quo
 scriptum est: ecce ego mitto angelum meum ante
 faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.
 Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulie-
 rum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in
 regno calorum, maior est illo. A diebus autem Ioa-
 nis Baptista vsq; nunc regnum calorum vim patitur,
 & violenti rapiunt illud. Omnes enim propheta &
 lex vsq; ad Ioannem prophetauerunt: & si vultis re-
 cipere, ipse est Elias qui v^{er}turus est. Qui habet aures
 audiendi, audiat. Cui autem similem astimabo gene-
 rationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro
 qui clamantes coequalibus dicunt: cacinimus vobis
 & non saltastis: lamentauimus & non planxistis. Ven-
 nit enim Ioannes neq; manducans, neq; bibens, & di-
 cunt: demonium habet. Venit filius hominis mandu-
 cans, & bibens, & dicunt: ecce homo vorax, & potator
 vini, publicanorum, & peccatorum amicum. Et iusti-
 ficata est sapientia a filiis suis. Capit. 14. 1. 2. In illo
 tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu: &
 ait pueris suis: hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit
 a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Marc.
 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Initium euangelij Iesu Chri-
 sti filij Dei, sicut scriptum est in Isaia propheta
 ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam,
 preparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in
 deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius.
 Fuit Ioannes in deserto baptizans, & predicans ba-
 ptismum poenitentiae in remissionem peccatorum.
 egrediebatur ad eum omnis Iudaea regio, & Ierosolima
 vocatus

mita uniuersi, & baptizabatur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua. Et erat Ioannes uestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas, & mel siluestre edebat. Et predicabat, dicens: uenit fortior post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Ego baptizauero uos aqua, ille uero baptizabit uos Spiritu sancto. Luc. 1. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Ait autem ad illum angelus: ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Iohannem, & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino, & uinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue: & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum, & ipse praecedet ante illum in spiritu, & uirtute Eliae, ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum: unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus, dixit ei: ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hac tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem, quo haec fiant, pro eo quod non credidisti uerbis meis, quae implebuntur in tempore suo. Veri. 36. 37. 38. 39. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi, quae uocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum

Deum omne verbum. Dixit autem Maria: et
 ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.
 Et discessit ab illa angelus. Vers 57. 58. 59. 60. 61.
 62. 63. 64. 65. 66. 67. Elizabeth autem impletum
 est tempus pariendi, & peperit filium. Et audie-
 runt vicini & cognati eius, quia magnificauit Do-
 minus misericordiam suam cum illa, & congratula-
 bantur ei. Et factum est in die octauo, venerunt cir-
 cumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris
 sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit:
 nequaquam; sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt
 ad illam: quia nemo est in cognatione tua, qui voca-
 tur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quia
 vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit,
 dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt cir-
 uersi. Apertum est autem illico os eius, & lingua
 eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus
 est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia
 montana Iudaeae diuulgabantur omnia verba haec: &
 posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dice-
 res; quis putas puer iste erit? etenim manus Domini
 erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus
 Spiritu sancto, & prophetauit, dicens. Vers. 76.
 78. 79. 80. Et tu puer propheta Altissimi
 caberis. Praeibis enim ante faciem Domini par-
 uias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius
 remissionem peccatorum eorum. Per viscera mis-
 cordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens et-
 nis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam

Puer autem crescebat, & confortabatur Spiritu :
 & erat in desertis usq; in diem ostensionis sua ad I-
 fraël. Ibidem capit. 3. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
 11. 12. 13. 14. Anno autem quintodecimo imperij Ti-
 berij Casaris, procurate Pontio Pilato Iudæam, tetrar-
 cha autem Galilee Herode, Philippo autem fratre eius
 tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis regionis, & Lysa-
 nia Abilina tetrarcha, sub principibus sacerdotum
 Anna, & Caipha : factum est verbum Domini
 super Ioannem, Zachariæ filium, in deserto. Et
 venit in omnem regionem Iordanis, prædicans ba-
 ptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, si-
 cut scriptum est in libro sermonum Isaie propheta :
 Vox clamantis in deserto : parate viam Domini : re-
 ctas facite semitas eius : omnis vallis implebitur : &
 omnis mons, & collis humiliabitur : & erunt prava
 in directa : & aspera in vias planas : & videbit om-
 nis caro salutare Dei. Dicebat ergo ad turbas que
 exhibant ut baptizarentur ab ipso : genimina vipera-
 rum quis ostendit vobis fugere à ventura ira ? facio
 te ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis di-
 cere : patrem habemus Abraham. Dico enim
 vobis quia potens est Deus de lapidibus istis sus-
 scitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radice-
 m arborum posita est. Omnis ergo arbor non fa-
 ciens fructum bonum, excidetur & in ignem mitte-
 tur. Et interrogabant eum turba, dicentes ; quid
 ergo faciemus ? respondens autem dicebat illis : qui
 habet duas tunicas, det non habenti : & qui habet
 escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani

ut baptizarentur, & dixerunt ad illū: magister, quid
 faciemus? at ille dixit ad eos, nihil amplius, quam
 quod constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant
 autem eum & milites, dicentes: quid faciemus & nos?
 & ait illis, neminem concuriatis, neq; calumniam fa-
 ciatis: & contenti estote stipendijs vestris. Vers. 16.
 17. Existimante autem populo, & cogitantibus omni-
 bus in cordibus suis de Iohanne, ne forte ipse esset Chri-
 stus, respondit Ioannes, dicens omnibus: ego quidem
 qua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius nos
 sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius,
 ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni: cuius
 vilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, &
 congregabit triticum in horreum suum, paleas autem
 comburet igni inexinguibili. Ioan. 1. 6. 7. 8. Est
 mo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit
 testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, &
 omnes crederent per illum: non erat ille lux, sed
 testimonium perhiberet de lumine. Vers. 19. 20.
 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Et hoc est
 testimonium Ioannis, quando miserunt Iudaei de
 Ierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum, ut interro-
 garent eum: tu quis es? & confessus est, & narra-
 uerunt ei: & confessus est, quia non sum ego Christus.
 Et interrogauerunt eum: quid ergo? Elias es tu?
 & dixit, non sum. Propheta es tu? & respon-
 dit, non. Dixerunt ergo ei: quis es ut responsurus sis
 his, qui miserunt nos? quid dicis de te ipso, ut
 vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini
 sicut dixit Isaias Propheta. Et qui missi fuerunt

erant ex pharisaeis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? respondit eis Ioannes, dicens: ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego sum dignus ut soluam eius corrigiam calceamenti. Haec in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Idem Ioannes tandem capite truncatur. Matth. 14. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & posuit in carcerem propter Herodiam uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo. At illa praemonita à matre sua, da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistae. Et contristatus est rex: propter iuramentum autem, & eos, qui pariter discumbebant, iussit dari. Misitque & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puella, & attulit matri suae. Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, & uenientes nunciauerunt Iesu. Marc. 6. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Ioannem, & uinxit eum in carcere propter Herodiam uxorem Philippi fratris

fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioanne Herodi: non licet tibi habere uxore fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Iohannem, sciens eum virum iustum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset, Herodes natalis sui cenam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilae. Cumq; introisset filia ipsius Herodias, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus, rex ait puella: pete à me quod vis, & dabo tibi, & iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Qua cum egressa fuisset, dixit matri suae: quid petam? at illa dixit: caput Iohannis Baptistae. Cumq; introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens: volo ut proxima des mihi in disco caput Iohannis Baptistae. Et contristatus est rex propter iusiurandum, & propter festinantibus noluit eam contristare: sed missis in disco speculatore praecepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco: & dedit illud puella, & puella dedit matri suae.

CAPVT II.

Christus Dominus à D. Ioanne baptizatur.

FIGVRA. Vera arca Dei praecedit filios Israel transeuntes Iordanem, & flumina vidit, ne populus consequens submergatur. Io. 3. 3. 4. Et clamare coeperunt. Quando viderunt ianua foederis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Le

sice portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini
 in praecedentes: sitque inter vos & arcam spatium cubi-
 torum duum millium, ut procul videre possitis, &
 nosse per quam viam ingrediamini, quia prius non
 ambulastis per eam: & caute ne appropinquetis ad
 arcam. Vers. 8. Tu autem praecipe sacerdotibus,
 qui portant arcam foederis, & dic eis. Cum ingressi
 fueritis partem aquae Iordanis stete in ea. Vers. 11.
 Ecce, arca foederis Domini omnis terra, antecedit
 vos per Iordanem.

PROPHETIAE. Isai. II. 1. 2. 3. Et egre-
 dietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius a-
 scendet. Et requiescet super eum spiritus Domini
 spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilii, &
 fortitudinis. spiritus scientiae, & pietatis, & replebit
 eum spiritus timoris Domini: non secundum visionem
 oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet.
 Ibid. cap. 42. 1. 2. 3. 4. Ecce seruus meus suscipia eum;
 electum meum, complacuit sibi in illo anima mea: deat
 spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet.
 Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur
 vox eius foris. Calamum quassatum non conteret,
 & linum fumigans non extinguet: in veritate educet
 iudicium. Non erit tristis neque turbulentus, donec
 ponat in terra iudicium: & legem eius insula expe-
 ctabunt. Psalm. 28. 2. 3. Afferte Domino gloriam
 & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius:
 adorete Dominum in atrio sancto eius. Vox Domini
 super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus
 super aquas multas.

OS

VERI.

VERITAS. Matt. 3. 13. 14. 15. 16. 17. Tunc
 venit Iesus à Galilea in Iordanem ad Ioannem, ut bap-
 tizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum di-
 cens, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? re-
 spondens autem Iesus, dixit ei: sine modo, sic enim de-
 cet nos adimplere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum.
 Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua,
 & ecce aperti sunt caeli: & vidit spiritum Dei descen-
 dentem sicut columbam, & venientem super se. Et ec-
 ce vox de caelis dicens. Hic est filius meus dilectus, in
 quo mihi complacui. Marc. 1. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Et
 factam est in diebus illis; venit Iesus à Nazareth
 Galilaeae, & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et
 statim ascendens de aqua, vidit caelos apertos, & spi-
 ritum tanquam columbam descendentem, & manen-
 tem in ipso. Et vox facta est de caelis: tu es filius meus
 dilectus, in te complacui. Et statim spiritus expul-
 sit eum in desertum. Et erat in deserto quadragin-
 ta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur
 à Satana: eratq; cum bestis, & angeli ministra-
 bant illi. Postquam autem traditus est Ioanni,
 venit Iesus in Galilaeam, predicans euangelium
 regni Dei. Luc. 3. 21. 22. 23. Factum est autem
 cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptiza-
 to, & orante, apertum est caelum: & descendit
 Spiritus sanctus corporali specie sicut columbam in
 ipsum: & vox de caelo facta est: tu es filius meus
 dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Iesus e-
 rat incipiens quasi annorum triginta, ut putaba-
 tur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Ma-
 thias

ebat. & cæt. Ioan. 29. 30. 31. 32. 33. 34. Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi quia prior me erat, & ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israël: propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

CAPVT III.

Christus ductus in desertum, 40. diebus ieiunans, tentatur à Diabolo.

FIGVRAE. I. Dæmon in paradiso terrestri tentauit primos parentes vitio gulæ. Genes. 3. I. Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terra, qua fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno Paradisi? Vers. 3. 4. 5. De fructu vero ligni quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus: & ne tangeremus illud ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem. Nequaquam morte moriemini: scit enim Deus quod in quocung; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Di, scientes bonum & malum.

2. Ieiun-

2. Ieiunat Moyses 40. diebus, & 40. noctibus, dum est cum Domino. Exod. 24. 18. Ingressusq; Moyses medium nebulae ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Ibid. 34. 28. Fuit ergo ibi (Moyles scilicet) cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. Deut. 9. 9. Quando ascendi in montem ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti, quod pepigit vobiscum Dominus: & perseueravi in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Vers. 18. Et procidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra, quae gessistis contra Dominum, & cum ad iracundiam provocastis.

3. David solus cum superbo Goliath decertat. 1. Reg. 17. 48. 49. 50. 51.

4. Elias similiter est figura. 3. Reg. 19. 8. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usq; ad montem Dei Horeb.

PROPHETIAE. Genes. 3. 14. 15. Et ait Dominus Deus ad serpentem: quia fecisti haec, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terrae: super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitae tuae. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

Psalms.

Psalm. 73. 14. Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis *Aethiopum*. Psalm. 90. 13 Super aspidem & basiliscum ambulabis, & concubabis leonem & draconem. Zach. 3. 1. Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini: & satan stabat à dextris eius. ut aduersaretur ei.

VERITAS. Matth. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: scriptum est, non in solo pane vivit homo; sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim: quia angelus suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. At illi Iesus. Rursum scriptum est: non tentabis Dominum Deum tuum, iterum assumpsit eum Diabolus in montem exelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: hac omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Iesus: vade satana, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis & ipsi soli servies. Tunc reliquit eum Diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Marc. 1. 12. 13. Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto

ferto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,
 & tentabatur à Satana, eratq; cum bestijs, & ange-
 li ministrabant illi. Luc. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
 9. 10. 11. 12. 13. 14. Iesus autem plenus Spiritu san-
 cto regressus est à Iordane: & agebatur à spiritu
 desertum diebus quadraginta, & tentabatur à Dia-
 bolo. Et nihil manducavit in diebus illis, & consum-
 matis illis esuriit. Dixit autem illi Diabolus: si fi-
 lius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat. Et respon-
 dit ad illum Iesus, scriptum est: quia non in solo pa-
 ne vivit homo, sed in omni verbo Dei. Et duxit
 illum Diabolus in montem excelsum, & ostendit il-
 li omnia regna orbis terra in momento temporis, &
 ait illi: tibi dabo potestatem hanc universam, & glo-
 riam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo do
 illa. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua om-
 nia, Et respondens Iesus dixit illi: scriptum est: Do-
 minum Deum tuum adorabis & illi soli servies.
 Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super
 pinnam templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte
 te hinc deorsum; scriptum est enim quod angelus
 suis mandavit de te, ut conseruent te: & quia in
 manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pe-
 dem tuum. Et respondens Iesus, ait illi, dictum est:
 non tentabis Dominum Deum tuum. Et consum-
 mata omni tentatione, Diabolus recessit ab illo, usq;
 ad tempus. Et egressus est Iesus in virtute Spiri-
 ritus in Galileam, & fama exiit per uniuersam
 regionem de illo.

* * *

CAPVT

CAPVT IV.

Christus predicat pœnitentibus regnum celorum.

FIGVRA. Ea maximè in terra Nepthali. *Genes. 49. 21. Nepthali seruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.*

PROPHETIAE. *Psal. 24. 8. 9. 10. Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas suas. Vniuersæ via Domini misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Prouerb. 1. 20. 21. 22. 23. 44. vt superius capit. 5. Isai. 9. 1. 2. Primo tempore alieniata est terra Zabulon, & terra Nepthali, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilæa gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis. Ibid. capit. 30. 20. 21. Et dabit vobis Dominus panem arcium, & aquam breuem, & non faciet auolare à te ultra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes preceptorem tuum. Et aures tue audient verbum post tergum monentis: hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Cap. 40. 9. 10. 11. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem, exalta noli timere, dic civitatibus Iuda, ecce Deus vester: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo*

suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, sicut
 ipse portabit. Capit. 49. 6. Et dixit, parum est,
 ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fa-
 ces Israëli conuertendas: ecce dedi te in lucem gen-
 tium, ut sis salus mea vsq; ad extremum terra. Vide
 etiam versum 1. 2. 3. ut lib. 2. capit. 1. fol. 71.
 Capit. 52. 6. 7. 8. 9. 10. Propter hoc sciet populus
 meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui lo-
 quebar ecce adsum. Quam pulchri super montes
 pedes annunciantis & pradicantis pacem: annun-
 ciantis bonum, pradicantis salutem, dicentis, Surre-
 gnabit Deus tuus: vox speculatorum tuorum, le-
 uauerunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad
 oculum videbunt cum conuerterit Dominus Sion.
 Gaudete & laudate simul deserta Ierusalem, quia
 consolatus est Dominus populum suum, redemit Ie-
 rusalem, parauit Dominus brachium sanctum suum
 in oculis omnium gentium: & videbunt omnes fines
 terra salutare Dei nostri. Cap. 61. 1. 2. 3. 4. Spiritus
 Domini super me, eo quod unxerit Dominus me: ad
 annunciandum mansuetis misit me, ut mederer con-
 tritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam, &
 clausis apertionem, ut predicarem annum placabilem
 Domino, & diem ultionis Deo nostro: ut con-
 solarer omnes lugentes: ut ponerem lugentibus Sion
 & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro
 luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: & uoca-
 buntur in ea fortes iustitie, plantatio Domini ad glo-
 rificandum. Et edificabunt deserta à seculo, & ruinas
 antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates deserta

desertas, dissipatas in generationem & generationem.
 Ezech. 18. 30. 31. 32. Idcirco unumquemque iuxta
 vias suas iudicabo, domus Israel ait Dominus Deus,
 conuertimini, & agite poenitentiam ab omnibus ini-
 quitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam ini-
 quitas. Projecite a vobis omnes prauaricationes ve-
 stras, in quibus prauaricati estis, & facite vobis cor
 nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini
 domus Israel? quia nolo mortem morientis, dicit
 Dominus Deus, reuertimini & viuite. Ion. 3. 3.
 4. 5. Et surrexit Ionas & abiit in Niniuem iuxta
 verbum Domini: & Ninive erat ciuitas magna
 itinere trium dierum. Et cepit Ionas introire in
 ciuitatem itinere diei vnus: & clamauit, & dixit:
 adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.
 Et crediderunt viri Ninuite in Deum: & predi-
 cauerunt ieiunium, & vestiti sunt sacco a maiore
 usque ad minorem. Nahum. 1. 15. Ecce super mon-
 tes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem: ce-
 lebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia
 non adyciet ultra vt pertranseat in te Belial, vnus
 versus interijt.

VERITAS. Matth. 4. 12. 13. 14. 15. 16.
 17. Cum autem audisset Iesus quod Ioannes tradi-
 tus esset, secessit in Galilaam, & relicta ciuitate Na-
 zareth, venit & habitauit in Capharnaum mari-
 tima in sinibus Zabulon, & Neptkali, vt adimple-
 retur quod dictum est per Isaiam prophetam: terra
 Zabulon & terra Neptkali, via maris trans Iordaa-
 nem, Galilaa gentium: populus qui sedebat in tene-
 bris

bris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. Exinde cepit Iesus predicare, & dicere, poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum. Ibidem capit. 5. 1. 2. 3. Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos, dicens: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. &c. Marc. 1. 14. 15. Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galileam predicans euangelium regni Dei, & dicens: quoniam impletum est tempus, & appropinquavit regnum Dei, poenitemini, & credite euangelio. Vide etiam capit. 4. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Luc. 6. 19. 20. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quaerebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat: beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. &c. Ioan. 4. 44. 45. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit: quia prophetam suam patriam honorem non habet. Cum ergo venisset in Galileam, exceperunt eum Galilei, cum venientia vidissent qua fecerat Ierosolymis in die festo: ipsi enim venerant ad diem festum. Rom. 10. 14.

Quomodo vero predicabunt, nisi mittantur?
Sicut scriptum est: quam speciosi pedes
euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

* * *

CAPIT

CAPVT V.

De vocatione primorum quinq; discipulorum.

PROPHETIAE. Psalm. 24. 21. Innocentes
 & recti adhaeserunt mihi: quia sustinui te. Prou.
 1. 20. 21. 22. 23. Sapientia foris praedicat, in plateis
 dat vocem suam: in capite turbarum clamat, in
 foribus portarum urbis profert verba sua, dicens:
 usquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quae
 sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam?
 conuertimini ad correptionem meam, en pro-
 feram vobis spiritum meum, & ostendam vobis ver-
 ba mea.

VERITAS. Ioan. 1. 35. 36. 37. 38. 39. 40.
 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. *Al-*
tera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius
duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit: ecce a-
gnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem
& secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & vi-
dens eos sequentes se, dicit eis, quid queritis? qui di-
xerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum ma-
gister) ubi habitas? dicit eis: venite, & videte.
Venerunt & viderunt ubi maneret, & apud eum
manserunt die illo: hora autem erat quasi decima.
Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex
duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant
eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem,
& dicit ei: inuenimus Messiam (quod est inter-
pretatum Christus) & adduxit eum ad Iesum.
Inuenit autem eum Iesus, dixit: tu es Simon
 P 2 *filius*

filius Iona, tu vocaberis Cephias, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galilam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, ciuitate Andrea, & Petri. Inuenit Philippus Nathanaël, & dicit ei: quem scripsit Moyses in lege, & propheta, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanaël: a Nazareth potest aliquid boni esse? dicit ei Philippus: veni, & vide. Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo: ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaël: unde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanaël, & ait: Rabbi tu es Filius Dei, tu es rex Israël. Respondit Iesus, & dixit ei: quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maioribus videbis. Et dicit ei: amen, amen dico vobis, videbitis calum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.

CAPVT VI.

De vocatione aliorum pauperum, & idiotarum ad apostolatam, & per piscationem.

FIGVRAE. I. Elifeus vocatus ab Elia, & misit pallium suum super eum, relictis discipulis, facto prius conuiuio, secutus est Eliam Reg. 19. 19. 20. 21.

2. Tempore famis habitabant filij prophetarum coram Eliseo. 4. Reg. 4. 38. Et Eliseus nersus est in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo. dicitur

uni de pueris suis : pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs prophetarum.

3. Locus in quo habitant filij prophetarum cū Eliseo angustus, dilatandus est. 4. Reg. 6. 1. 2. 3.

4. Hi sunt duodecim patriarchæ qui benedicuntur à Jacob. Gen. 49. Actor. 7. 8. Duodecim prophetae. Eccl. 49. 12. & duodecim lapides siue gemmæ in rationali summi sacerdotis. Exod. 28. 21. ~~13. 9. 10. 11. 12. 13. 14.~~ fontes aquarum duodecim in Helim. Exod. 15. 21. Duodecim lapides durissimi Iordanis. Ios. 4. 2. 3. 4. 5. 8. 9. Duodecim leunculi in gradibus quibus ascendunt in thronum Salomonis. 3. Reg. 10. 20. Duodecim lapides quibus extruitur altare. 3. Reg. 18. 31. Duodecim fundamenta nouæ Ierusalem. Apoc. 21. 14. Duodecim portæ & margaritæ eiusdem ciuitatis. Ibidem vers. 12. & 21.

PROPHETIAE. Psalm. 67. 12. 13. Dominus dabit verbum euangeliz. antibus virtute multa: rex virtutum dilecti, dilecti, & speciei domus diuindere spolia. Vers. 27. 28. 29. In ecclesijs benedictio Deo Domino, de fontibus Israël. Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Neptali. Manda Deus virtuti tuæ : confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Psalm. 7. 13. 14. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet : Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum : & honorabile nomen eorum coram illo. Psalm. 138. 17. 18. *Mibi autem nimis honorati sunt amici tui*

Deus; nimis confortatus est principatus eorum. Dico
numerabo eos & super arenam multiplicabuntur, ex-
surrexi & adhuc sum tecum. Isai. 8. 18. Ecce ego &
pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signū, & in por-
tentum Israël a Domino exercitū, qui habuit in
mōte Sion. Ibid. cap. 14. 30. vbi primogeniti patri-
perum sunt apostoli. Cap. 26. 5. 6. 7. 8. Quia in-
curuabit habitantes in excelsis ciuitatem sublimē hu-
miliabit. Humiliabit eam vsq; ad terrā, deirabet eā
vsq; ad puluerē. Conculeabit eam pes, pedes pauperis,
gressus egenorū. Semita iusti recta est, rectus callus iu-
sti ad ambulandum. Et in semita iudiciorum tuorum
Domine sustinimus te: nomen tuum, & memori-
tuum in desiderio anime. Ier. 16. 16. Ecce ego mitto
piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos
& post hac mittam eis multos venatores, & venabun-
tur eos de omni monte, & de omni colle, & de caernis
petrarum. Baruch. 3. 34. 35. 36. 37. 38. Stelle autem
dederunt lumen in custodijs suis, & latata sunt: vo-
catae sunt, & dixerunt, adsumus: & luxerunt ei cum
incunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, &
non estimabitur alius aduersus eum. Hic adiuuauit
omnem viam disciplinae, & tradidit illam Iacob patri
suo, & Israël dilecto suo. Post hac in terris visus est,
cum hominibus conuersatus est. Ezech. 47. 7. 8. 9.
10. 11. Et ait ad me: aqua ista quae egrediuntur ad
muros Saboti orientalis, & descendunt ad plana deser-
ti, intrabunt mare, & exhibunt, & sanabuntur aquae
omnis anima viuēs, quae serpit quocunq; venerit
rēs, viuet: & erunt pisces multi satis, postquā venerit
illa

illuc aqua ista, & sanabuntur, & viuent omnia, ad qua
 venerit torrens. Et stabunt super illas piscatores ab Eng
 gadi vsq; ad Engaddim, siccatio sagenarum erit, plu-
 rima species erant pisci eius, sicut pisces maris ma-
 gni, multitudinis nimia: in littoribus autem eius, & in
 palustribus, non sanabuntur, quia in salinas dabuntur.

VERITAS. Matth. 4. 18. 19. 20. 21. 22. Am-
 bulans autem Iesus iuxta mare Galilaeae, vidit duos fra-
 tres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fra-
 trem eius, mittentes rete in mare (erant enim pesca-
 tores) & ait illis: venite post me, & faciam vos fieri pesca-
 tores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti
 sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres,
 Iacobum Zebedaei, & Ioannem fratrem eius in navi cum
 Zebedaeo patre eorum, reficientes retia sua, & vocavit
 eos. Illi autem statim relictis retibus, & patre, secuti
 sunt eum. Ibid. cap. 9. 10. 11. 12. 13. Et factum est, di-
 scumbete eo in domo: ecce multi publicani, & peccato-
 res venientes, discumbebant cum Iesu, & discipulis
 eius: & videntes pharisaei, dicebant discipulis eius.
 Quare cum publicanis & peccatoribus manducas
 magister vester? At Iesus audiens, ait: non est opus
 valentibus medicus: sed male habentibus. Euntes
 autem discite, quid est, misericordiam volo, & non
 sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccato-
 res. Cap. 11. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis,
 & onerati estis, & ego reficiam vos. Marc. 1. 16. 17.
 18. 19. 20. Et praeteriens secus mare Galilaeae, vi-
 dit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes
 retia in mare (erant enim piscatores) Et
 P 4 dixit

dixit eis Iesus: venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedaei & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in nauis: & statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedaeo in nauis cum mercenariis, secuti sunt eum. Ibidem capit. 2. 14. 15. 16. 17.

Et cum prateriret, vidit Leui Alphaei sedentem ad telonium, & ait illi: sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est dum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbant cum Iesu, & discipulis eius: erant enim multi, qui & sequebantur eum. Et scribae & pharisaei uidentes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius: quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister uester?

Hoc audito, Iesus ait illis. Non necesse habent sani medico, sed qui male habent: non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. Luc. 5. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

Factum est autem cum turba irruerent in eum, ut audirent uerbum Dei, & ipse stabat super stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in unam nauim, quae uis Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi: praceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscum multitudine.

nem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia navi, ut venirent & adiunarent eos. Et venerunt & impleverunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur. Quod cum vidisset Simon Petrus, prociadit ad genua Iesu, dicens: exi à me quia homo peccator sum, Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant. Similiter autem Iacobum, & Ioannem, filios Zebedaei, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: noli timere, ex hoc iam eris homines capiens. Vers. 27. 28. 29. Et post haec exiit, & vidit publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait illi: sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum, & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. 1. Corint. i. vers. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: ijs autem qui salui sunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim: perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo: ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquistor huius saeculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. Quoniam & Iudaei signa petunt, & Graeci sapientiam querunt: nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Iudaeis atque Graecis.

Gracis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Iac. 2. 5. Audite fratres mei dilectissimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni Dei, quod repromissum diligentibus se?

CAPVT VII.

Christum audiunt & sequuntur turba innumera.

PROPHETIAE. Psal. 71. 16. Et erit firmamentum in terra, & in summis montium: super extolletur super Libanum fructus eius, & flores bunt de ciuitate sicut faenum terrae. Cant. 1. 2. 3. Fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nominum, ideo adolescentula dilexerunt te. Trabe me post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & letabimur in te, memores vberum tuorum super vinum: recti diligunt te. Isai. 2. 2. 3. 4. 5. vt supra fol. 155. Mich. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. vt fol. 16. 112. 146.

VERITAS. Matth. 4. 25. Et secuta sunt eum turba de Galilea, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudaea, & de trans Iordanem. Ibidem, cap.

capit. 5. 1. Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Capit. 8. 9. Cum autem descendisset de monte, secuta sunt eum turba multa, ita ut in nauiculam ascendens, sederet, & omnis turba stabat in littore. Marc. 1. 33. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Vers. 36. 37. Et persecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum dixerunt ei: quia omnes querunt te. Ibidem cap. 3. 7. 8. 9. 10. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum, & ab Ierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit discipulis suis, ut nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum: multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent quotquot habebant plagas. Cap. 4. 1. Et iterum cœpit docere ad mare; & congregata est ad eum turba multa: ita ut nauim ascendens, sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat. Luc. 4. 42. 43. Facta autem die egressus, ibat in desertum locum, & turba requirebant eum, & venerunt usq; ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnū Dei: quia ideo missus sum. Ibidem cap. 6. 17. 18. 19. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, & turba discipulorū eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerāt ut audirēt eū, & sanarentur

sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Capit. 8. 1. 2. 3. 4. Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella, prædicans, & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curate à spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalena, de qua septem demonia exierant, & Ioanna uxor Chusa procuratoris Herodis, & Susanna, & alia multa, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cùm autem turba plurima conuenerent, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem, &c. Cap. 9. 11. Quod cùm cognouissent turba, secuta sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. Ioan. 3. 26. 27. 28. 29. 30. Et uenerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respondit Iohannes, & dixit: non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de calo. Ipsi uos testimonium perhibetis quod dixerim: non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est: illum autem oportet crescere me autem minui. Ibidem cap. 6. 1. 2. Post hæc abiit Iesus trans mare Galilee, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant

signa, quae faciebat super his, qui infirmabantur. Capit. 7. 41. Alij dicebant, hic est Christus. Quisdam autem dicebant, nunquid à Galilea venit Christus. Vers. 49. Sed turba haec, quae non nouit legem, maledicti sunt. Capit. 8. 1. 2. Iesus autem perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Capit. 10. 40. 41. 42. Et abiit iterum trans Iordanem, in eum locum, ubi erat Ioannes baptizans primum: & mansit illic, & multi uenerunt ad eum & dicebant: quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quae dixit Ioannes de hoc, uera erant, & multi crediderunt in eum. Capit. 12. 9. Cognouit ergo turba multa ex Iudeis, quia illic est, & uenerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazari uiderent, quem suscitauit à mortuis. Vers. 12. 13. In crastina autem turba multa quae uenerat ad diem festum, cum audissent, quia uenit Iesus Ierosolymam: acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant Hosanna, benedictus, qui uenit in nomine Domini, rex Israël.

CAPVT VIII.

Christus cum hominibus benignè & suauiter conuersatur.

FIGURAE. In Moyse mitissimo. Num. 12. 3. Erat enim Moyses uir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. In Dauide 2. Reg. 16. 10. 11. Et ait rex, quid mihi & uobis est filij Saruia? dimittite eum (Semei scilicet) ut maledicat

dicat: Dominus enim praecepit ei ut malediceret David, & quis est qui audiat dicere, quare sic fecerit? Et ait rex Abisai, & vniversus seruis suis, ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quare animam meam: quanto magis nunc filius lemini? dimitte eum ut maledicat iuxta praeceptum Domini.

PROPHETIAE. Psalm. 44. 3. Speciosa forma praefilijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum. Verl. 5. Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Psal. 138. 1. Domine probasti me; & cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Sap. 8. 16. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa: (sapientia scilicet) non enim habet amaritudinem conuersario illius, nec tedium conuiuius illius, sed laetitia & gaudium. Isai. 42. 1. 2. 3. 4. vt fol. 70.

VERITAS. Matt. 9. 12. 13. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait: non est opus valetibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est; misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Ibid. cap. 11. 28. 29. 30. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Marc. 2. 17. Hoc audito Iesus ait illis, non necesse habent

bent sani medico, sed qui malè habent: non enim veni
 vocare iustos, sed peccatores. Luc. 4. 21. 22. Coepit
 autem dicere ad illos: quia hodie impleta est hæc scri-
 ptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi
 dabant: & mirabantur in verbis gratiæ que procede-
 bant de ore ipsius, & dicebant, nonne hic est filius Io-
 seph? Ibid. cap. 5. 31. 32. Et respondens Iesus, dixit
 ad illos, non egent qui sani sunt medico, sed qui malè
 habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœ-
 nitentiam. Cap. 9. 52. 53. 54. 55. 56. Et misit nuncios
 ante conspectum suum: & euntes intraverunt in ci-
 vitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et non re-
 ceperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusa-
 lem. Cùm vidissent autem discipuli eius Iacobus &
 Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicimus ignis descen-
 dat de calo & consumat illos? Et conuersus increpa-
 uit illos, dicens: nescitis cuius spiritus estis. Filius
 hominis non venit animas perdere sed saluare.

CAPVT IX.

Idem peccatores recipit benignè.

FIGVRAE. I. Congregantur ad Iephte viri
 inopes latrocinantes: Iudic. 11. 3. Quos illo
 fugiens atq; donitans, habitauit in terra Tob: con-
 gregatiq; sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes,
 & quasi principem sequebantur.

2. Ad David conueniunt fratres sui, & alij
 in angustia constituti, oppressi ære alieno, &
 amaro animo. 1. Reg. 22. 1. 2.

PROPHETIAE. Isai. 35. 1. 2. 3. 4. vt su-
 pra fol. 207. Ibidem capit. 50. 4. Dominus dedit
 mikâ

mibi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum,
 qui lassus est verbo: erigit manū, manū erigit mibi
 aurem, vt audiam quasi magistrum. Capit. 61. 1.
 2. 3. vt suprā fol. 224. Ezech. 34. 11. 12. vt fol. 171.
 Olee. 6. 6. Quia misericordiam volui, & non sa-
 crificium: & scientiam Dei plus quam holocausta.
 Mich. 4. 5. 6. 7. Quia omnes populi ambulabunt,
 vnusquisq; in nomine Dei suū: nos autē ambulabimus
 in nomine Domini nostri in eternum, & ultra. In die
 illa, dicit Dominus, congregabo claudicantē: & eam
 quā eieceram, colligam: & quam afflexeram, Et ponā
 claudicantem in reliquias, & eam, qua laborauerat
 in gentem robustam: & regnabit Dominus super eos
 in monte Sion, ex hoc nunc & vsq; in eternum. Soph.
 3. 19. 20. vt fol. 182.

VERITAS. Matth. 9. 13. vt præcedenti
 capit. Capit. 11. 18. 19. Venit enim Ioannes neq;
 manducans, neq; bibens, & dicunt: demonium ha-
 bet. Venit filius hominis manducans, & bibens, &
 dicunt: ecce homo vorax, & potator vini, publicano-
 rum, & peccatorum amicus. Et iustificata est sapien-
 tia a filijs suis. Luc. 7. 33. 34. 35. vt sequenti cap.
 decimo. Capit. 15. 1. 2. Erant autem appropin-
 quantes ei publicani & peccatores vt audirent illum.
 Et murmurabant Pharisei & scribae, dicentes: quare
 hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Vt
 20. 21. 22. 23. 24. Et surgens (filius prodigus) ve-
 nit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset,
 vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est,
 & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus

est eum : dixit q̄ ei filius ; pater peccavi in celum &
 coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Di-
 xit autem pater ad seruos suos : cito proferte stolam
 primam, & induite illum, & date annulum in ma-
 num eius, & calceamenta in pedes eius : & adducite
 vitulum saginatum, & occidite, & manducemus,
 & epulemur : quia hic filius meus mortuus erat,
 & reuixit, perierat, & inuentus est. Vers. 31. 32.
 At ipse dixit illi, fili tu semper mecum es, & omnia
 mea tua sunt : epulari autem & gaudere oportebat,
 quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perie-
 rat, & inuentus est. Capit. 19. 5. 6. De Zachæo
 vt sequenti cap. 10. 1. Timoth. 1. 12. 13. 14. 15.
 16. Gratias ago ei, qui me confortauit in Christo Iesu
 Domino nostro, quia fidelem me existimauit, po-
 nens in ministerio : qui prius blasphemus fui, &
 persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei
 consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.
 Superabundauit autem gratia Domini nostri cum
 fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. Fidelis ser-
 mo, & omni exceptione dignus, quod Christus Iesus
 venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quo-
 rum primus ego sum. Sed ideo misericordiam con-
 secutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Ie-
 sus omnem patientiam ad informationem eorum, qui
 credituri sunt illi, in vitam æternam. Tit. 2.
 11. 12. 13. 14. 15. Apparuit enim gratia Dei sal-
 uatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos; vt
 abnegantes impietatem, & secularia desideria, so-
 brie & iuste & piè viuamus in hoc saculo, expectan-
 tes bea-

Q

tes bea

tes beatam spem, & aduentum gloria magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hac loquere, exhortare, & arguere cum omni imperio: nemo te contemnat. Ibidem. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ que fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum: ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem uitæ æternæ. Fidelis sermo est, & de his volo te confirmare: ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo.

CAPVT X.

Pauperes, & miseros penitentes protegit de alumnis maleuolorum.

FIGVRA. Dauid liberat oues ex faucibus leonum & ursorum. 1. Reg. 17. 34. 35. 36. Dixit q̄, Dauid ad Saul: pascebat seruus tuus patris sui gregem, & ueniebat leo, vel ursus, & tollebat uitam de medio gregis, & persequabar eos, & percutiebam, eruebamq̄ de ore eorum: & illi consurgebam aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamq̄ eos. Nam & leonem, & ursum interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisteus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Numquid uadam, & auferam opprobrium populi: quoniam

quis est iste Philisthaus incircumcisu, qui ausus est
maledicere exercitui Dei viventis?

PROPHETIAE. Psalm. 71. 2. 3. 4. Deus
iudicium tuum regi da; & iustitiam tuam filio regis:
iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos
in iudicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles
iustitiam. Iudicabit pauperes populi, & saluos
faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatores
Vers. 12. 13. 14. Quia liberabit pauperem a potente:
& pauperem cui non erit adiutor. Parcet pauperi
& inopi: & animas pauperum saluas faciet. Ex usu-
ris & iniquitate redimet animas eorum, & honora-
bile nomen eorum coram illo. Isai. 11. 2. 3. 4. vt fol.
69.

VERITAS. Matth. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
16. 17. Et factum est discumbente eo in domo, ecce
multi publicani & peccatores venientes discumbe-
bant cum Iesu & discipulis eius: & videntes pharisei
dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis & pec-
catoribus maducat magister vester? At Iesus audiens,
ait: non est opus valentibus medicus, sed male habent-
ibus. Euntes autem discite quid est, misericordiam
volo, & non sacrificium: non enim veni vocare iustos,
sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioa-
hannis dicentes: quare nos & pharisei ieiunamus fre-
quenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis
Iesus: nunquid possunt filij sponsi lugere, quam diu cum
illis est sponsus? venient autem dies cum auferetur ab
eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem mittit com-
missuram a panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim ple-
nitudo

nitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit. Neq̄
 mittūt vinū nouū in vres veteres, alioquin rumpuntur
 vres, & vinum effunditur, & vres pereunt: sed
 vinum nouum in vres novos mittunt, & ambo
 conseruantur. Ibidem cap. 12. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
 In illo tempore abiit Iesus per sata sabbato: discipuli
 autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & mā
 dicare; pharisæi autem videntes dixerunt ei: ecce
 discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis.
 At ille dixit eis: non legistis quid fecerit Dauid,
 quando esuriit, & qui cum eo erant: quomodo intra-
 uit in domum Dei, & panes propositionis comedit,
 quos non licbat ei edere, neq̄ his qui cum ei-
 rant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis
 in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sab-
 batum violant, & sine crimine sunt? Dico autem
 vobis quia templo maior est hic: si autem sciretis
 quid est: misericordiam volo & non sacrificium,
 nunquam condemnassetis innocentes. Capit. 15. 1. 2.
 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Tunc accesserunt ad eum ab Ier-
 solymis scribae, & pharisæi, dicentes: quare discipuli
 tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim
 lauant manus cum panem manducant. Iesus
 autem respondens ait illis: quare & vos transgredi-
 mini mandatum Dei propter traditionem vestram?
 nam Deus dixit: honora patrem & matrem, & qui
 maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos
 autem dicitis: quicumq̄ dixerit patri, vel matri, ma-
 nus quodcumq̄ est ex me, tibi proderit: & non hono-
 rificabit patrem suum, aut matrem suam: & tunc
 peccat.

sum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocrita benè prophetauit de vobis Isaias, dicens: populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Similia Marc. 2. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. quærantur fol. 232. Et conueniunt cum illis quæ ex Matthæi capite 9. posita sunt. Vers. 23. 24. 25. 26. Cum his quæ ex capite. 12. Matth. citata, & ex capite 7. Marc. vers. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. quæ ex capite 15. Matt. citata. fol. 244. Luc. 5. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. Et fecit ei (scilicet Christo) conuiuium magnum Leui in domo sua. Reliqua conueniunt cum Matth. 9. vt supra. Idem. D. Lucas capit. 6. 1. 2. 3. 4. 5. Factum est autem in sabbato secundo, primo, cum transfirer per sata, vellebant discipuli eius spicas. &c. vt ex capite Matth. 12. fol. 244. Cap. 7. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. Rogabat autem illum quidam de phariseis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod accubisset in domo pharisei, attulit alabastrum unguenti: & stans retro secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem phariseus qui vocauerat eum, ait intra se dicens: hic si esset propheta sciret vtiq; quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est, Et respondens Iesus, dixit ad il-

lam; Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille dicit magister, dic. Duo debitores erant cuidam scenerari: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: aestimo quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei: recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non disti: hac autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti: haec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit meum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: remittuntur tibi peccata. Et coeperunt qui simul accumbebant dicere intra se: quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: fides tua te saluam fecit, crede in pace. Capit. 19. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Et ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachaeus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues; & querebat videre Iesum, quis esset, & non poterat praeter turba, quia statura pusillus erat. Et praecurrens ascendit in arborem sycomorum, & videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachae festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit.

descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachaeus dixit ad Dominum: ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahae. Venit enim Filius hominis querere & saluum facere quod perierat.

CAPVT XI.

Christus reputat sibi fieri quod Christianis fit.

FIGURAE. I. Murmur contra Moysen est murmur contra Dominum. Exod. 16. 6. 7. Dixeruntque Moyses & Aaron ad omnes filios Israël: vesperi scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti: & manè videbitis gloriam Domini: audiuit enim murmur vestrum contra Dominum: nos vero quid sumus, quia muscitatis contra nos?

2. Deus se abiectum dicit cum abiecerunt filij Israël Samuelem. 1. Reg. 8. 6. 7. 8. Displicuit sermo in oculis Samuëlis, eo quod dixissent: da nobis regem, ut iudicet nos. Et orauit Samuël ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem. Audi vocem populi in omnibus quae loquuntur tibi; non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua, quae fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto usque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruerunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi.

PRO.

PROPHETIAE. Prouer. 14. 31. Qui ca-
lumniatur egentem, exprobrat factori eius: hono-
rat autem eum, qui miseretur pauperis. Ibidem
capit. 17. 5. Qui despicit pauperem, exprobrat fa-
ctori eius: qui ruina letatur alterius, non erit im-
punitus. Zachar. 2. 8. 9. Quia haec dicit Dominus
exercituum: post gloriam misit me ad gentes, quae spo-
liauerunt vos; qui enim tetigerit vos, tangit pupillam
oculi mei: quia ecce ego leuo manum super eos, &
erunt praeda his, qui seruebant sibi; & cognoscet
quia Dominus exercituum misit me.

VERITAS. Matth 10. 41. 42. Qui re-
cipit prophetam in nomine prophetae, mercedem pro-
phetae accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti,
mercedem iusti accipiet. Et qui potum dederit vni
ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in no-
mine meo, amen dico vobis, non perdet mercedem
suam. Ibidem capit. 18. 5. 6. Et qui susceperit v-
num paruulum talem in nomine meo, me suscipit:
qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui
in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asina-
ria in collo eius, & demergatur in profundum maris.
Capit. 25. 35. 36. Tunc dicet rex his, qui a dextra
eius erunt: venite benedicti patris mei possidete pa-
ratum vobis regnum a constitutione mundi: esurui
enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & ab-
stis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me, nu-
dus, & cooperuistis me, infirmus, & visitastis me,
carcere eram, & venistis ad me. Vers. 40. 41.
42. 43. Et respondens rex, dicet illis: amen dico
vobis

vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui a sinistris erunt: discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius; esurini enim, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi potum, hospes eram, & non collegistis me, nudus, & non cooperuistis me, infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Vers. 45. Tunc respondet illis dicens: amen dico vobis, quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Marc. 9. 40. 41. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Luc. 10. 15. 16. Et tu Capharnaum usque ad caelum exaltata, usque ad infernum demergeris. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Ioan. 13. 20. Amen, amen dico vobis; qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui misit me. Act. 9. 4. 5. 6. Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: quis es Domine? Et ille; ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens, ac stupens, dixit: Domine quid me vis facere? 1. Thes. 4. 8. Itaque qui hac spernit non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.

Q 5

CA.

Christus Dominus docuit in parabolis.

FIGVRA E. I. Balac vaticinatus de Christo as-
sumpsit parabolas. Num. 23. 7. 8. 9. 10. 12. 4.
3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

2. Sapientissimus Salomon locutus tria
millia paraboliarum. 3. Reg. 4. 32. 33. 34. Locu-
tus est quoq; Salomon tria millia parabolas: & fue-
runt carmina eius quinq; & mille. Et disputauit se-
per lignis à cedro, quæ est in Libano, vsq; ad hyssopum,
quæ egreditur de pariete: & discernit de iumentis, &
volucris, & reptilibus, & piscibus. Et veniebant
de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomon-
nis, & ab vniversis regibus terra, qui audierant sa-
pientiam eius.

3. Et patiens Iob in parabolis locutus. Iob.
27. 1. 2. † 29. 1. 2.

4. Ezechiel iubetur loqui in parabolis. E-
zech. 24. 3. 4. 5.

PROPHETIAE. Psal. 48. 5. *Inclinabo in
parabolam aurem meam: aperiam in psalterio pro-
positionem meam. Psalm. 77. 2. 3. Aperiam in pa-
rabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Quæ-
ra audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narra-
rauerunt nobis. Prou. 1. 1. 2. 3. 4. 5. Parabola Sa-
lomonis filij David, regis Israël, ad sciendam sapien-
tiam & disciplinam: ad intelligenda verba prudentis,
& suscipiendam eruditionem doctrina, iustitiam, &
iudicium, & equitatem; ut detur paruulis astutus,
adolescen-*

adolescenti scientia & intellectus. Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens gubernaculia possidebit. Ibid. cap. 25. 1. 2. Haec quoque parabola Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiae regis Iuda. Gloria Dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem. Eccl. 12. 9. Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes docuit populum, & enarrauit quae fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas. Eccles. 39. 1. 2. 3. Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias paraboliarum simul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis paraboliarum conuersabitur.

VERITAS. Matt. 13. 1. 2. 3. In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregata sunt ad eum turba multa, ita ut in nauiculam ascendens sederet: & omnis turba stabat in littore. Et locutus est eis multa in parabola dicens: ecce, exiit qui seminare, &c. Vers 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. Et ascendentes discipuli dixerunt ei: quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: quia vobis datum est nosse mysteria regni caelorum, his autem non datum. Qui enim habet dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis propheta Isaia dicentis: auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis & non videbitis. In crastinum est enim cor populi huius, & auribus grauitate audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis,

& auribus audiant, & corde intelligant, & conuer-
 rantur, & sanem eos: vestri autem beati oculi, quia
 vident, & aures vestrae, quia audiunt. Amen quippe
 dico vobis, quia multi prophetae & iusti cupierunt
 videre, quae videtis, & non viderunt: & audire, quae
 auditis, & non audierunt, Vos ergo audite parabolam
 seminantis. Vers. 24. Aliam parabolam
 proposuit illis dicens. Simile factum est regnum cae-
 lorum homini qui seminavit bonum semen in agro
 suo. Vers. 30. 31. 32. 33. 34. 35. Sinite utraq; cresce-
 re usq; ad messem, & in tempore messis dicam mis-
 soribus: colligite primum zizania, & alligate ea in
 fasciculos ad comburendum, triticum autem, con-
 gregate in horreum meum. Aliam parabolam
 proposuit eis dicens, Simile est regnum caelorum gra-
 no sinapis, quod accipiens homo seminavit in a-
 gro suo, quod minimum quidem est omnibus semi-
 nibus: cum autem crevit maius est omnibus oleribus.
 Et fit arbor; ita ut volucres caeli veniant, & habitent
 in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis.
 Simile est regnum caelorum fermento, quod accepit
 mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fer-
 mentatum est totum. Hec omnia locutus est Iesu-
 s in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loqueba-
 tur eis; ut impleretur quod dictum est per prophe-
 tam dicentem: aperiā in parabolis os meum, et
 etabo abscondita a constitutione mundi. His similia
 habes Marci, 4. 1. 2. 10. 11. 12. 13. 33. 34. Luc. 8. 4.
 5. 9. 10. 11. Ibidem capit. 21. 45. 46. Et cum au-
 dissent principes sacerdotum & pharisaei parabolam
 eius,

eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quare nos
 tes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut pro-
 phetam eum habebant. Marc. 3. 23. Et conuocatis
 eis, in parabolis dicebat illis: quomodo potest Sata-
 nas Satanam eicere? &c. Ibid. cap. 12. 1. Et coepit
 illis in parabolis loqui, Vineã pastinavit homo, & cir-
 cumdedit sepe, & fodit lacum, & edificauit turrim,
 & locauit eam agricolis, & peregre profectus est.

CAPVT XIII.

Christus Dominus magnis miraculis doctrinam
 suam confirmauit.

FIGURAE. Moyses educturus filios Israël
 ex Aegypto claruit magnis miraculis. Deut.
 34. 11. 12. In omnibus signis atq; portentis, que mi-
 sit per eum, ut faceret in terra Aegypti Pharaoni,
 & omnibus seruis eius, uniuersaq; terra illius, & cum
 etiam manum robustam, magnaq; mirabilia, que fe-
 cit Moyses coram uniuerso Israël. Similia Deut.
 4. 32. 33. 34. † 17. 19. † 26. 6. 7. 8. † 29. 2. 3. De
 quibus Exod. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
 Et capitibus totis 7. 8. 9. 10. 12. 14.

PROPHETIAE. Psalm. 4. 4. Et sci-
 tote quoniam mirificauit Dominus sanctum
 suum: Dominus exaudiet me, cum clamauero ad
 eum. Psalm. 77. 11. 12. Et obliti sunt benefactorum
 eius, & mirabilium eius, que ostendit eis. Coram
 patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti in
 campo Taneos. Vers. 43. Sicut posuit in Aegypto
 signa sua, & prodigia sua in campo Taneos. Psalm.

104. 27. Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham. Psal. 134. 9. Et misit signa, & prodigia in medio tui Egypte, in Pharaonem, & in omnes seruos eius. Mai. 35. 4. 5. 6. ve fol. 9.

VERITAS. Matt. II. 4. 5. 6. Et respondens Iesus, ait illis: euntes renunciate Ioanni, quia audistis & vidistis, cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Ibid. cap. 21. 15. Videntes autem principes sacerdotum & scribae mirabilia que fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt. Marc. 16. 17. 18. 19. 20. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur, in nomine meo demonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quilibiberint, non eis nocebit: super agros manu imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in celum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmant, sequentibus signis. Luc. 5. 26. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Ioan. 2. 11. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Verl. 18. 19. 20. Zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo Iudei, & dixerunt ei: quod signum ostendis nobis quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: sol-

uite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.
 Dixerunt ergo Iudei: quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ibid. cap. 3. 2. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister: nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis nisi fuerit Deus cum eo. Cap. 4. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. Dixit ergo Iesus ad eum: nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermone, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiaverunt, dicentes: quia filius eius viveret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit, & dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, filius tuus vivit: & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudaea in Galilaeam. Capit. 5. 36. 37. 38. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne: opera enim, quae dedit mihi Pater ut perficiam ea: ipsa opera, quae ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me: & qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens; quia quem misit ille, huic vos non creditis. Capit. 6. 1. 2. Post haec abiit Iesus trans mare Galilaeae, quod est Tyberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quae

quae

quia videbant signa, quae faciebat super his, qui in
firmabantur. Vers. 13. 14. Collegerunt ergo, & im-
pleuerunt duodecim copulinos fragmentorum ex quin-
que panibus ordeaceis, quae superfuerunt his, qui
manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent
quod Iesus fecerat signum, dicebant: quia hic est ve-
re propheta, qui venturus est in mundum. Vers.
26. Respondit eis Iesus, & dixit: amen, amen
dico vobis: quaritis me non quia vidistis signa,
sed quia manducastis ex panibus & saturati estis.
Vers. 30. 31. 32. 33. 34. 35. Dixerunt ergo ei: quid
ergo tu facis signum ut videamus, & credamus
tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerunt
manna in deserto, sicut scriptum est: panem de caelo
dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: amen
amen dico vobis: non Moyses dedit vobis panem de
caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum.
Panis enim Dei est, qui de caelo descendit,
& dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine,
semper da nobis panem hunc. Dixit autem
eis Iesus: ego sum panis vitae, qui venit ad me, non
esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam. Ca-
pit. 7. 31. De turba autem multi crediderunt in
eum, & dicebant: Christus cum venerit, nunquam
plura signa faciet, quam hic facit? Capit. 9. 16.
Dicebant ergo ex pharisaeis quidam: non est hic ho-
mo a Deo, qui sabbatum non custodit; alii autem di-
cebant: quomodo potest homo peccator haec signa fa-
cere? Et scisma erat inter eos. Capit. 11. 47. 48.
Collegerunt ergo pharisaei & pontifices concilium, &

dicebant: quid facimus, quia hic homo multa signa
 facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum,
 & venient Romani, & tollent nostrum locum & gen-
 tem. Capit. 12. 18. Propterea & obviam venit ei
 turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Vers.
 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. Cum autem tanta signa
 fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo
 Isaia propheta impleretur, quem dixit: Domine,
 quis credidit auditui nostro? & brachium Domini
 cui reuelatum est? propterea non poterant credere,
 quia iterum dixit Isaias: excacavit oculos eorum, &
 induravit cor eorum, ut non videant oculis, & non
 intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Hac
 dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus
 est de eo. Veruntamen & ex principibus multi cre-
 diderunt in eum; sed propter phariseos non confite-
 bantur, ut in synagoga non eicerentur: dilexerunt
 enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.
 Capit. 20. 30. 31. Multa quidem & alia signa fe-
 cit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non
 sunt scripta in libro hoc. Hac autem scripta sunt,
 ut credatis quia Iesus est Christus Filius Dei: &
 ut credentes vitam habeatis in nomine eius. Heb.
 2. 4. Contestante Deo signis & portentis, & varijs
 virtutibus: & spiritus sancti distributionibus secun-
 dum suam voluntatem. Non semper tamen fe-
 cit miracula cum petita fuerunt. Matth. 12. 38. 39.
 Tunc responderunt ei quidam de scribis & phariseis
 dicentes: magister, volumus a te signum videre. Qui
 respondens ait illis. Generatio mala, & adultera si-

R

gnus

gnum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum
 Iona propheta. Ibid. capit. 16 1. 2. 3. 4. Et accesserunt
 ad eum pharisei & sadducei tentantes: & rogauerunt
 eum ut signum de calo ostenderet eis. At ille
 respondens, ait illis: factu vespere dicitis, serenum erit,
 rubicundum est enim calum. Et mane, hodie tempestas,
 rutilat enim triste calum. Faciem ergo cali
 cali diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis
 scire: generatio mala & adultera signum querit,
 & signum non dabitur ei, nisi signum Iona propheta.
 Et relictis illis abiit. Simile Marc. 8. 11. 12. Luc. 11.
 16. 29. 30. Ibidem. capit. 23. 8. 9. 10. 11. Herodes
 autem viso Iesu gauisus est valde, erat enim cupiens
 ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa
 de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.
 Interrogabat autem eum multis sermionibus. At
 ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes
 sacerdotum & scribae constanter accusantes eum: &
 spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & ablu-
 sit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.
 Porro miracula quae fecit Iesus apud quatuor
 Euangelistas, vide in singulis singulorum titulis
 thesauri nostri biblici, & de his etiam superius
 lib. 1. capit. 5. capit. 16. & 17.

CAPVT XIII.

Christus in monte Thabor transfiguratur.

FIGVRAE. Moysis facies cornuta fuit claritate,
 ut in eam non intenderent filij Israel. Exod. 34. 28. 29. 30. 31. 32. 33. ut fol. 109. 2. Col. 3. 11

3. 13. Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israël in faciem eius, quod euacuatur.

PROPHETIAE. Psalm. 67. 16. 17. Mons Dei, mōs pinguis: Mons coagulatus, mons pinguis; ut quid suspicamini mōtes coagulatos? Mons, in quo bene placitū est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in sinem. Psalm. 88. 13. Aquilonem & mare tu creasti: Thabor & Hermō in nomine tuo exultabunt.

VERITAS. Matth. 17. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Et post dies sex assumit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol; vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum: Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens: hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsam audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis: surgite & nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, praecepit eis Iesus, dicens: nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: quid ergo scriba dicunt, quod Eliā

R 2

oporteat

rifi signum
Et accessi
es: & rogauit
eis. At ille
renumereris,
hodie rem
m ergo celis
um non pr
um quirit
e prophete.
12. Luc. 11.
11. Herodes
nim cupiens
dierat muli
ere ab eo fieri
omibus. At
m principes
santes eum:
u suoi: & ab
ad Pilatum
ud quatuor
orum m
etiam iope

ta fuit clari
filij Israel
09. 2. Col
3. 11

oporteat primum venire? Similia. Marc. 9. 11.
2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Et Luc. 9. 28. 29. 30. 31.
32. 33. 34. 35. 36.

CAPVT XV.

Christus labore itinerum, & inopia rerum, & multitudine insidiarum exercetur.

FIGVRAE. Maledicta fuit terra in opere primi parentis Adæ, vt in laboribus de ea comederit multis diebus vitæ suæ. Genes. 3. 17. quæ in laboribus Christi rursus benedicta fuit.

2. Iacob in summis laboribus seruitur Laban. Genes. 31. 37. 38. 39. 40. 41. 42.

3. Darius rex ad occasum solis laborat, vt eruat Daniele a morte. Dan. 6. 14. Sic Christus ad suam vsq; mortem pro nobis.

4. Ieremias laborauit in gemitu suo, & requiem non inuenit. Ierem. 45. 3.

PROPHETIAE. Psalm. 3. 2. 3. *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi surgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ non est salus ipsi in Deo eius.* Psalm. 6. 7. *Labor me in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lacrimis meis: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Psalm. 9. 14. 15. *Miserere mei Domine, vide lacrimas meas de portis mortis, vt annunciet omnes laudatores tuos in portis filie Sion.* Psalm. 24. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. *Respice in me, & miserere mei, quia vnica spes mea.*

pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt. : de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam, & laborem meum : & dimitte uniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam, & erue me; non erubescam, quoniam speravi in te. Innocentes, & recti adhaeserunt mihi, quia sustinui te. Libera Deus Israël ex omnibus tribulationibus suis. Psalm. 39. 10. 11. Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo : Domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo : veritatem tuam & salutare tuum dixi. Psalm. 70. 19. 20. 21. Potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus usq; in altissima, que fecisti magnalia; Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas : & conuersus uiuificasti me, & de abyssis terrae iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me. Psalm. 87. 16. Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus. Isai. 43. 23. 24. 25. Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me : non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi praeui in thure. Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, praeuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

R 3

VERI.

VERITAS. Matth. 4. 23. 24. vt folio
 231. Ibidem capit. 8. 16. 17. 18. 19. 20. Ue-
 sperere autem factu, obtulerunt ei multos demonia
 habentes, & eiciebat spiritus verbo, & omnes
 male habentes curauit, vt adimpleretur quod dicitur
 Etiam est per Isaiam prophetam, dicentem: ipse
 infirmitates nostras accepit, & agrotationes nos-
 tras portauit. Videns autem Iesus turbas multi-
 tudinis circum se, iussit ire trans fretum. Et acci-
 dens vnus scriba, ait illi: magister, sequar te, quous-
 que ieris. Et dicit ei Iesus: vulpes foveas habent,
 & volucres cœli nidus: filius autem hominis non ha-
 bet vbi caput reclinet. Capit. 9. 35. 36. 37. 38.
 Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, dis-
 cens in synagogis eorum, & predicans euangelium
 regni, & curans omnem languorem, & omnem
 infirmitatem: videns autem turbas miserus est
 eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oues
 pastorem non habentes. Tunc dicit discipulis suis
 messis quidem multa, operarij autem pauci. In-
 gate ergo Dominum messis, vt mittat operarij ad
 messem suam. Luc. 4. 29. 30. Et surrexerunt, &
 eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt ibi
 lum vsq; ad supercilium montis, super quem ciui-
 tatis illorum est edificata, vt precipitarent illum.
 Ipse autē transiens per medium illorum ibat. Ioan.
 6. Erat autem ibi fons Iacob, Iesus ergo factus
 ex uinere, sedebat sic supra fontem. Ibidem
 capit. 8. 59. Tulerunt ergo lapides vt iacerent
 eum: Iesus autem abscondit se, & exiit de templo

plō. Capit. 19. 28. 29. Postea sciens Iesus quia
omnia consummata sunt, ut consummaretur scri-
ptura, dixit: sitio. Vas ergo erat positum aceto
plenum. Illi autem spongiam plenam aceto,
byssopo circumponentes, obtule-
runt ori eius.

* * *



R 4 LI-